Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

# Diurnale chori Sive Horae diurnae Breviarii Romani

[S.l.], 1745

[Quadragesima]

urn:nbn:de:bsz:31-139978

Visual Library




1.

*Deinde dicuntur Preces. 74.*

Oratio.

TUêre Dómine pópulum tuum, & ab ómnibus peccátis cleménter emúnda: quia nulla ei nocêbit advérſitas, ſi nulla ei dominêtur iníquitas. Per Dóminum noſtrum.

## SABBATO.
### Poſt Cineres.

Oratio.

ADéſto Dómine ſupplicatiónibus noſtris, & concêde: ut hoc ſolémne jejúnium, quod animâbus corpóribúſque curándis ſalúbriter inſtitûtum eſt, devóto ſervítio celebrêmus. Per Dominum.

## SABBATO PRIMO
### In Quadrageſima.

*Hodie & deinceps uſque ad Paſcha, dicuntur Veſperæ ante comeſtionem, tam in Feſtis, quàm in Feriis, exceptis Dominicis, in quibus dicuntur hora conſueta.*

AD

## AD VESPERAS.

Capitulum. 2. *Corinth.* 6.

FRatres, hortâmur vos, ne in vácuum grátiam Dei recipiâtis. Ait enim: témpore accépto exaudívi te, & in die ſalûtis adjúvi te. ℟. Deo gratias.

### HYMNUS.



A Udi, be nigne Con di tor, *
Scruta tor al me cor di um,
Mul tùm quidem pec ca vi mus,
Conce de noſtrum con te ri
Præſta be a ta Tri ni tas,



Noſtras pre ces cum fle ti bus, *
In fir ma tu ſcis vi ri um:
Sed par ce con fi ten ti bus:
Cor pus per abſ ti nen ti am:
Con ce de ſimplex u ni tas;



In hoc ſa cro je ju ni o *
Ad te re ver ſis ex hi be
Ad no mi nis lau dem tu i
Culpæ ut re lin quat pa bu lum
Ut fruc tu o ſa ſint tu is




℣. Angelis ſuis Deus mandâvit de te.
℟. Ut cuſtódiant te in ómnibus viis tuis.

Ad Magnificat. *Antiph.*










Oratio.

DEus, qui Eccléſiam tuam ánnua Quadrageſimáli obſervatiône puríficas: præſta famíliæ tuæ; ut, quod à te obtinêre abſtinéndo nítitur, hoc bonis opéribus exequâtur. Per Dominum noſtrum.

DO-

# DOMINICA PRIMA
## In Quadrageſima.

### AD PRIMAM. *Antiph.*




*Pſalm.* Deus in nomine tuo. *cum reliquis ut in Pſalterio. 6.*

*Ad Abſolut. Capit. Lectio br.* Quærite Dominum. *ùt in Pſalterio.* 24.

*Et dicitur in Dominic. & Feriis uſque ad Dominic. Paſſion. excluſivè.*

### AD TERTIAM. *Antiph.*





bo lus in ſanc tam ci vi ta tem, &



ſta tu it e um ſu pra pin na cu-



lum templi, & di xit e i:



ſi fi li us De i es, mitte



te de or ſum. 2.

*Capitulum.* Fratres, hortamur. 291.

℟. *br.* Ipſe liberavit me. 40.

AD SEXTAM. *Antiph.*



N On in ſo lo pa ne vi-



vit ho mo, ſed in om ni ver bo, quod

pro-






5.

Capitulum. 2. *Corinth.* 6.

ECce nunc tempus acceptábile, ecce nunc dies ſalûtis. Némini dantes ullam offenſiônem, ut non vituperêtur miniſtérium noſtrum. ℟. Deo gratias.

℟. *br.* Scapulis ſuis. 49.

AD NONAM. *Antiph.*









6.

Capitulum. 2. *Cor.* 6. *b.*

UT caſtigáti, & non mortificáti: quaſi triſtes, ſemper autem gaudéntes: ſicut egéntes, multos autem locupletántes: tamquam nihil habéntes, & ómnia poſſidéntes. ℟. Deo gratias.

℟. *br.* Scuto circumdabit te. 58.

## AD VESPERAS.

*Antiphona, & Pſalmus.* Dixit Dominus, *cum reliquis de Dominica.* 60.

*Capitulum.* Fratres, hortamur. 291.

*Hymnus.* Audi benigne Conditor. *ut ſuprà in Veſperis Sabbati.* 291.

℣. Angelis ſuis Deus mandâvit de te.

℟. Ut cuſtódiant te in ómnibus viis tuis.

Ad Magnificat. *Antiph.*




vi-




*Oratio.* Deus, qui Eccleſiam. *ùt ſuprà. 292.*

*Hymni, ℣. & ℟. brev. ſupradicta dicuntur in dominicis & Feriis uſque ad Dominicam Paſſionis excluſivè.*

*Poſt Veſperas diei dicuntur Veſperæ defunctorum.*

## FERIA SECUNDA.

*Hodie dicitur Officium Defunctorum,*
*Ad Horas omnia ùt in Pſalter. temp. Quadrageſ.*

Oratio.

CONvérte nos Deus ſalutâris noſter: & ut nobis jejúnium Quadrageſimâle proficiat, mentes noſtras cœléſtibus ínſtrue Diſciplínis. Per Dominum noſtrum.

*Ad Veſperas Antiph.* Inclinavit. *Pſalm.* Dilexi. *cum reliq. de Pſalt. 68.*

Capitulum. *Joël. 2. d.*

INter veſtibulum & altâre plorábunt ſacerdótes miníſtri Dómini, & dicent: parce Dómine, parce pópulo tuo: & ne des hæreditâtem tuam in oppróbrium, ut dominéntur eis natiónes. ℟. Deo gratias.

*Hymnus.* Audi benigne. ℣. Angelis. 291.

*Capitulum prædictum, Hymnus & ℣. dicuntur in ferialì Officio uſque ad Dominicam Paſſionis.*

Ad Magnificat. *Antiphona.*




*Deinde dicuntur Preces. ùt ſuprà.* 74.

Oratio.

ABſólve, quæſumus Dómine, noſtrôrum víncula peccatôrum: & quidquid pro eis merêmur, propitiâtus avérte. Per Dominum noſtrum.

## FERIA TERTIA.

Oratio.

REſpice Dómine famíliam tuam, & præſta: ut apud te mens noſtra tuo deſidério fúlgeat, quæ ſe carnis macératiône caſtîgat. Per Dominum noſtrum.

Ad Magnificat. *Antiphona.*






*Deinde dicuntur Preces.* 74.

Oratio.

A Scéndant ad te, Dómine, preces noſtræ: & ab Ecclésia tua cunctam repélle nequítiam. Per Dominum noſtrum.

## FERIA QUARTA

### Quatuor Temporum.

*Hodie dicuntur Pſalmi graduales.*

Pre-

Oratio.

PReces noſtras, quæſumus Dómine, cleménter exáudi: & contra cuncta nobis adverſántia, déxteram tuæ majeſtâtis exténde. Per Dominum noſtrum.

Ad Magnificat. *Antiph.*




*Deinde dicuntur Preces.* 74.

Oratio.

MEntes noſtras, quæſumus Dñe, lúmine tuæ claritâtis illúſtra: ut vidêre poſsímus, quæ agénda ſunt; & quæ recta ſunt, ágere valeâmus. Per Dñum.

## FERIA QUINTA.

Oratio.

DEvotiônem pópuli tui, quæſumus Dómine, benígnus inténde: ut, qui per abſtinéntiam macerán-

cerántur in córpore, per fructum boni óperis reficiántur in mente. Per Dóminum noſtrum.

Ad Magnificat. *Antiph.*




4.

*Deinde dicuntur Preces.* 74.

Oratio.

DA, quæſumus Dómine, pópulis Chriſtiánis, & quæ profiténtur agnóſcere: & cœléſte munus dilígere, quod frequéntant. Per Dóminum noſtrum.

## FERIA SEXTA
### Quatuor Temporum.

*Hodie dicuntur Pſalmi pœnitentiales.*

Oratio.

ESto Dómine propítius plebi tuæ: & quam tibi facis eſſe devótam, benígno réfove miſerâtus auxílio. Per Dóminum.

Ad

Ad Magnificat. *Antiphon.*




*Deinde dicuntur Preces.* 74.

Oratio.

EXáudi nos miſéricors Deus: & méntibus noſtris grátiæ tuæ lumen oſténde. Per Dóminum.

## SABBATO
### Quatuor Temporum.

Oratio.

Pópulum tuum, quæſumus Dómine, propítius réſpice: atque ab eo flagélla tuæ iracúndiæ cleménter avérte. Per Dóminum noſtrum.

## AD VESPERAS.

Capitulum. 1. *Theſſ.* 4.

FRatres, rogâmus vos, & obſecrâmus in Dómino JEſu: ut, quemádmodum accepíſtis à nobis, quómodo vos opórteat ambulâre, & placêre Deo: ſic & ambulêtis, ut abundêtis magis. ℟. Deo grátias.

*Hym-*

*Hymnus.* Audi benigne Conditor.

℣. Angelis ſuis Deus. 291.

Ad Magnificat. *Antiphona.*




Oratio.

DEus, qui cónſpicis omni nos virtûte deſtítui: intériùs, extériúſque cuſtódi; ut ab ómnibus adverſitátibus muniâmur in córpore, & à pravis cogitatiónibus mundêmur in mente. Per Dóminum.

# DOMINICA II.

In Quadrageſima.

AD PRIMAM. *Antiph.*






## AD TERTIAM. *Antiphon.*

Domine, bonum eſt. *ùt ſuprà ad Primam.*
*Capitulum.* Fratres, rogamus. 302.
℟. *br.* Ipſe liberavit me. 40.

## AD SEXTAM. *Antiph.*




Ca-

Capitulum. 1. *Theſſ.* 4.

HÆc eſt enim volúntas Dei, ſanctificátio veſtra: ut abſtineâtis vos à fornicatiône, ut ſciat unuſquíſque veſtrûm vas ſuum poſſidêre in ſanctificatiône & honôre. ℟. Deo gratias.

℟. *br.* Scapulis ſuis. 49.

AD NONAM. *Antiph.*

Viſionem. *ùt ſuprà ad Magnificat.* 303.

Capitulum. 1. *Theſſ.* 4. *b.*

NOn enim vocâvit nos Deus in immundítiam, ſed in ſanctificatiônem, in Chriſto JEſu Dómino noſtro. ℟. Deo gratias.

℟. *br.* Scuto circumdabit. 58.

AD VESPERAS.

*Antiphona, & Pſalm.* Dixit Dominus. *cum reliquis de Dominica.* 60.

*Capitulum.* Fratres, rogamus. 302.

*Hymnus.* Audi, benigne conditor.

℣. Angelis ſuis. *ùt ſuprà.* 291.

Ad Magnificat. *Antiphona.*

Viſionem. *ùt ſuprà.* 303.

*Oratio.* Deus, qui conſpicis. 303.

*Deinde in Choro dicuntur Veſperæ Defunctorum.*

## FERIA SECUNDA.

*Hodie dicitur Officium Defunctorum.*

Oratio.

PRæſta, quæſumus Omnípotens Deus: ut família tua, quæ ſe, affligéndo carnem, ab aliméntis áb-

ſtinet; ſectándo juſtítiam à culpa jejúnet. Per Dominum.

Ad Magnificat. *Antiphon.*




1.

*Deinde dicuntur Preces.* 74.

Oratio.

ADéſto ſupplicatiónibus noſtris Omnipotens Deus: & quibus fidúciam ſperándæ pietátis indúlges, conſuétæ miſericórdiæ tríbue benígnus effécturn. Per Dóminum.

## FERIA TERTIA.

Oratio.

PErfice, quæſumus Dómine, benígnus in nobis obſervántiæ ſanctæ ſubſidium: ut, quæ te auctóre fa-

faciénda cognóvimus, te operánte impleâmus. Per Dóminum.

Ad Magnificat. *Antiphon.*




*Deinde dicuntur Preces.* 74.

Oratio.

PRopitiâre Dómine ſupplicatiónibus noſtris, & animârum noſtrârum medêre languóribus: ut re-

miſſiône percépta, in tua ſemper benedictiône lætêmur. Per Dóminum.

## FERIA QUARTA.

*Hodie dicuntur Pſalmi Graduales.*

Oratio.

POpulum tuum, quæſumus Dómine, propítius réſpice: & quos ab eſcis carnálibus præcipis abſtinêre, à nóxiis quoque vítiis ceſsâre concêde. Per Dóminum.

Ad Magnificat. *Antiph.*




*Deinde dicuntur Preces, 74.*

Oratio.

DEus innocéntiæ reſtitûtor & amâtor, dírige ad te tuôrum corda ſervôrum: ut, ſpíritus tui fervôre concépto, & in fide inveniántur ſtábiles, & in ópere efficáces. Per Dominum noſtrum JEſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate ejuſdem Spiritûs Sancti.

FE-

## FERIA QUINTA.

Oratio.

PRæſta nobis, quæſumus Dómine, auxílium grátiæ tuæ: ut jejúniis & oratiónibus conveniénter inténti, liberêmur ab hóſtibus mentis, & córporis. Per Dóminum.

AD Magnificat. *Antiph.*




*Deinde dicuntur Preces.* 74.

Oratio.

ADéſto Dómine fámulis tuis, & perpétuam benignitâtem largîre poſcéntibus: ut iis, qui te auctôre, & gubernatôre gloriántur, & congregâta reſtáures, & reſtaurâta conſérves. Per Dóminum.

## FERIA SEXTA.

*Hodie dicuntur Pſalmi Pœnitentiales.*

Oratio.

DA, quæſumus Omnípotens Deus: ut ſacro nos

purificánte jejúnio, ſincéris méntibus ad ſancta ventûra fácias pervenîre. Per Dóminum.

Ad Magnificat. *Antiph.*




*Deinde dicuntur Preces.* 74.

Oratio.

DA, quæſumus Dómine, pópulo tuo ſalûtem mentis & córporis: ut bonis opéribus inhæréndo, tuæ ſemper virtûtis mereâtur protectiône deféndi. Per Dóminum noſtrum.

## SABBATO

Oratio.

DA, quæſumus Dómine, noſtris efféctum jejúniis ſalutârem: ut caſtigátio carnis aſſúmpta, ad noſtrârum vegetatiônem tránſeat animârum. Per Dóminum.

AD

## AD VESPERAS.

Capitulum. *Epheſ.* 5.

FRatres, eſtôte imitatóres Dei, ſicut filii chariſſimi: & ambulâte in dilectiône, ſicut & Chriſtus diléxit nos, & trádidit ſemetípſum pro nobis oblatiônem & hóſtiam Deo in odôrem ſuavitâtis. ℟. Deo gratias.

*Hymnus.* Audi benigne conditor.

℣. Angelis ſuis Deus. 291.

Ad Magnificat. *Antiphona.*






Ora-

Oratio.

QUæſumus Omnípotens Deus, vota humílium réſpice: atque ad defenſiònem noſtram, déxteram tuæ majeſtâtis exténde. Per Dominum noſtrum.

## DOMINICA. III.
### In Quadrageſima.

AD PRIMAM. *Antiph.*




AD TERTIAM. *Antiph.*




dœ-




*Capitulum.* Fratres, eſtote. 311.
℟. *br.* Ipſe liberavit me. 40.

AD SEXTAM. *Antiph.*




Capitulum. *Epheſ.* 5. *b.*

HOc enim ſcitôte intelligéntes, quòd omnis fornicâtor, aut immúndus, aut avârus, quod eſt idolôrum ſérvitus, non habet hæreditâtem in regno Chriſti, & Dei. ℟. Deo gratias.

℟. *br.* Scapulis ſuis. 49.

AD NONAM. *Antiph.*




Capitulum. *Epheſ.* 5. *c.*

ERâtis enim aliquándo ténebræ: nunc autem lux in Dómino. Ut filii lucis ambulâte: fructus enim lucis eſt in omni bonitâte, & juſtítia, & veritâte. ℟. Deo gratias.

℟. *br.* Scuto circumdabit. 58.

## AD VESPERAS.

*Antiphona, & Pſalm.* Dixit Dominus. *cum reliquis de Dominica.* 60.

*Capitulum.* Fratres, eſtote. 311.

*Hymnus.* Audi, benigne Conditor.

℣. Angelis ſuis. *ùt ſuprà.* 291.

Ad Magnificat. *Antiphona.*




*Oratio.* Quæſumus Omnipotens. 312.

*Poſt Veſperas diei dicuntur Veſperæ Defunctorum.*

## FERIA SECUNDA.

*Hodie dicitur Officium Defunctorum.*

Ora-

Oratio.

Córdibus noſtris, quæſumus Dómine, grátiam tùam benígnus infúnde: ut, ſicut ab eſcis carnálibus abſtinêmus; ita ſenſus quoque noſtros à nóxiis retrahâmus excéſſibus. Per Dóminum.

Ad Magnificat. *Antiphona.*




*Deinde dicuntur Preces.* 74.

Oratio.

SUbvéniat nobis, Dómine, miſericórdia tua: ut ab imminéntibus peccatôrum noſtrôrum perículis, te mereâmur protegénte éripi, te liberánte ſalvári. Per Dóminum noſtrum.

## FERIA TERTIA.

Oratio.

EXáudi nos Omnípotens & miſéricors Deus: & continéntiæ ſalutâris propítius nobis dona concêde. Per Dóminum.

Ad Magnificat. *Antiphona.*




fue-









4.

*Deinde dicuntur Preces.* 74.

Oratio.

TUa nos, Dómine, protectióne defénde: & ab omni ſemper iniquitáte cuſtódi. Per Dominum.

## FERIA QUARTA.

*Hodie dicuntur Pſalmi Graduales.*

Oratio.

PRæſta nobis, quæſumus Dómine: ut ſalutáribus jejúniis erudíti, à nóxiis quoque vítiis abſtinéntes, propitiatiónem tuam faciliùs impetrêmus. Per Dóminum noſtrum.

Ad Magnificat. *Antiphona.*




re,




7.

*Deinde dicuntur Preces. ùt ſuprà. 74.*

Oratio.

COncêde, quæſumus, Omnípotens Deus: ut qui protectiônis tuæ grátiam quærimus, liberáti à malis ómnibus, ſecúra tibi mente ſerviâmus. Per Dóminum.

## FERIA QUINTA.

Oratio.

MAgníficet te, Dómine, Sanctôrum tuôrum Coſmæ & Damiani beâta ſolémnitas: qua & illis glóriam ſempitérnam, & opem nobis ineffábili providéntia contuliſti. Per Dóminum.

Ad Magnificat. *Antiphon.*





tur. 1.

*Deinde dicuntur Preces. 74.*

Oratio.

SUbjéctum tibi pópulum, quæſumus Dómine, propitiátio cœléſtis amplíficet: & tuis ſemper fáciat ſervîre mandátis. Per Dóminum noſtrum.

## FERIA SEXTA.

*Hodie dicuntur Pſalmi Pœnitentiales.*

Oratio.

JEjúnia noſtra, quæſumus Dómine, benígno favôre proſéquere: ut ſicut ab aliméntis abſtinêmus in córpore, ita à vítiis jejunêmus in mente. Per Dominum noſtrum.

Ad Magnificat. *Antiph.*



D O mi ne ùt vi de o, Prophe-



ta es tu: pa tres noſtri in monte hoc



a do ra ve runt. 3.

*Deinde dicuntur Preces. 74.*

Ora-

Oratio.

PRæſta, quæſumus Omnipotens Deus: ut, qui in tua protectiône confídimus, cuncta nobis adverſántia te adjuvánte vincâmus. Per Dóminum.

## SABBATO

Oratio.

PRæſta, quæſumus omnípotens Deus: ut qui ſe affligendo carnem, ab aliméntis ábſtinent; ſectándo juſtítiam, à culpa jejúnent. Per Dóminum.

## AD VESPERAS.

Capitulum. *Galat.* 4. *c.*

FRatres, ſcriptum eſt, quóniam Abraham duos fílios hábuit, unum de ancilla, & unum de líbera. Sed qui de ancilla, ſecúndum carnem natus eſt: qui autem de líbera, per repromiſſiônem: quæ ſunt per allegorîam dicta. ℟. Deo grátias.

*Hymnus.* Audi, benigne Conditor.

℣. Angelis ſuis. 291.

Ad Magnificat. *Antiph.*






Oratio.

COncêde, quæſumus, Omnípotens Deus: ut, qui ex mérito noſtræ actiônis afflígimur, tuæ grátiæ conſolatiône reſpirêmus. Per Dóminum noſtrum.

## DOMINICA IV.
### In Quadrageſima.

AD PRIMAM. *Antiph.*










AD TERTIAM. *Antiph.*






*Capitulum.* Fratres, ſcriptum eſt. 320.
℟. *br.* Ipſe liberavit me. 40.

## AD SEXTAM. *Antiph.*




Capitulum. *Galat.* 4. *d.*

LÆtâre ſtérilis, quæ non paris: erúmpe & clama, quæ non párturis: quia multi filii deſértæ, magis quàm ejus, quæ habet virum. ℟. Deo gratias.
℟. *br.* Scapulis ſuis. 49.

AD

## AD NONAM. *Antiph.*




1.

Capitulum. *Galat.* 4. *d.*

ITaque, fratres, non ſumus ancíllæ filii, ſed líberæ: qua libertâte Chriſtus nos liberâvit. ℞. Deo gratias.

℞. *br.* Scuto circumdabit te. 58.

## AD VESPERAS.

*Antiphona, & Pſalm.* Dixit Dominus.. *cum reliquis de Dominica.* 60.

*Capitulum.* Fratres, ſcriptum eſt. 320.

*Hymnus.* Audi, benigne conditor.

℣. Angelis ſuis. 291.

Ad Magnificat. *Antiph.*




*Oratio.* Concede, quæſumus. 321.

*Poſt Veſperas diei dicuntur Veſperæ Defunctorum.*

## FERIA SECUNDA.

*Hodie dicitur Officium Defunctorum.*

Oratio.

PRæſta, quæſumus, Omnípotens Deus: ut obſervatiónes ſacras ánnua devotióne recoléntes, & córpore tibi placeâmus, & mente. Per Dóminum.

Ad Magnificat. *Antiph.*






*Deinde dicuntur Preces.* 74.

Oratio.

DEprecatiônem noſtram, quæſumus Dómine, benígnus exáudi: & quibus ſupplicándi præſtas afféctum, tríbue defenſiônis auxílium. Per Dóminum.

## FERIA TERTIA.

Oratio.

SAcræ nobis, quæſumus Dómine, obſervatiônis jejúnia, & piæ converſatiônis augméntum, & tuæ propitiatiônis contínuum præſtent auxílium. Per Dóminum noſtrum.

Ad Magnificat. *Antiph.*








2,

*Deinde dicuntur Preces. 74.*

Oratio.

MIſerêre Dómine pópulo tuo: & contínuis tribulatiónibus laborántem propítius reſpirâre concêde. Per Dóminum noſtrum.

## FERIA QUARTA

*Hodie dicuntur Pſalmi Graduales.*

Oratio.

DEus, qui & juſtis præmia meritôrum, & peccatóribus per jejúnium veniam præbes: miſerêre ſupplícibus tuis; ut reátus noſtri confeſſio indulgéntiam váleat percípere delictôrum. Per Dóminum.

Ad Magnificat. *Antiphon.*







ocu-






I.

*Deinde dicuntur Preces.* 74.

Oratio.

PAteant aures miſericórdiæ tuæ Dómine précibus ſupplicántium: &, ut peténtibus deſiderâta concédas, fac eos, quæ tibi ſunt plácita, poſtulâre. Per Dóminum.

## FERIA QUINTA.

Oratio.

PRæſta, quæſumus, Omnípotens Deus: ut quos jejúnia votîva caſtígant, ipſa quoque devótio ſancta lætíficet; ut terrénis affectibus mitigátis, facíliùs cœléſtia capiâmus. Per Dominum.

Ad Magnificat. *Antiph.*









*Deinde dicuntur Preces.* 74.

Oratio.

POpuli tui Deus inſtitûtor & rector, peccâta, quibus impugnâtur, expélle: ut ſemper tibi plácitus, & tuo munímine ſit ſecûrus. Per Dóminum.

## FERIA SEXTA.

*Hodie dicuntur Pſalmi Pœnitentiales.*

Oratio.

DEus, qui ineffabílibus mundum rénovas Sacraméntis: præſta, quæſumus; ut Eccléſia tua & ætérnis proficiat inſtitútis, & temporálibus non deſtituâtur auxíliis. Per Dóminum noſtrum.

Ad Magnificat. *Antiph.*

D









in




*Deinde dicuntur Preces. 74.*

Oratio.

DA nobis, quæſumus Omnípotens Deus: ut qui infirmitâtis noſtræ cónſcii, de tua virtûte confidimus, ſub tua ſemper pietâte gaudeâmus. Per Dóminum.

## SABBATO.

Oratio.

FIat, Dómine quæſumus, per grátiam tuam fructuôſus noſtræ devotiônis affectus: quia tunc nobis próderunt ſuſcépta jejúnia: ſi tuæ ſint plácita pietáti. Per Dóminum.

## SABBATO

Ante Dominicam Paſſionis.

## AD VESPERAS.

Capitulum. *Hebr. 9. c.*

FRatres, Chriſtus aſſiſtens Póntifex futurôrum bonôrum, per ámplius & perféctius tabernáculum non manufáctum, id eſt, non hujus creatiônis: neque per ſánguinem hircôrum, aut vitulôrum, ſed per próprium ſánguinem introîvit ſemel in ſancta, ætérna redemptiône invénta. ℟. Deo Gratias.

## HYMNUS.



V E xil la Re gis pro de unt: *
Quæ vulne ra ta lan ce æ
Im pleta ſunt, quæ con ci nit
Ar bor de co ra, & ful gi da,
Be a ta, cu jus brac hi is
O Crux a ve ſpes u ni ca,
Te, fons ſa lu tis Tri ni tas,



Ful get Cru cis myſ te ri um, *
Mu cro ne di ro, cri mi num
Da vid fi de li car mi ne,
Or na ta Re gis pur pu ra,
Pre ti um pe pen dit ſæ cu li,
Hoc Paſ ſi o nis tem po re
Col lau det om nis ſpi ri tus:



Qua vi ta mor tem per tu lit,*
Ut nos la va ret ſor di bus,
Di cen do na ti o ni bus:
E lec ta dig no ſti pi te
Sta te ra fac ta cor po ris,
Pi is ad au ge gra ti am,
Qui bus cru cis vic to ri am



Et mor te vi tam pro tu lit.
Ma na vit unda & ſan gui ne,
Reg na vit à lig no De us.
Tam ſanc ta mem bra tan ge re.
Tu lit que præ dam tar ta ri.
Re iſ que de le cri mi na.
Lar gi ris, ad de præ mi um.
Amen.

℣. Eripe me Dómine ab hómine malo.
℟. A Viro iníquo éripe me.

Ad Magnificat. *Antiph.*



EGo ſum qui teſ ti mo ni um per hi-



be o de me ip ſo : & teſ ti mo ni-



um per hi bet de me, qui mi ſit me,



Pa ter. 8.

Ora-

Oratio.

QUæſuɯus Omnípotens Deus, famíliam tuam propítius réſpice: ut te largiénte, regâtur in córpore, & te ſervánte, cuſtodiâtur in mente. Per Dóminum.

*Ab hoc Sabbato uſque ad Feriam II. poſt Octavam Pentecoſtes, non fiunt commemor. conſuetæ de Cruce, de ſancta Maria, & aliæ in Pſalterio poſitæ.*

*Ad Completorium in ℟. brevi non dicitur* Gloria Patri. *in Officio Feriali uſque ad Feriam Quintam in Cœna Domini.*

*Quod etiam ſervatur in ℟. brevibus Horarum, ubi ſimiliter repetitur Reſponſor. & non dicitur* Gloria Patri. *hoc tempore Paſſionis, niſi in Feſtis.*

## DOMINICA
### De Paſſione.

AD PRIMAM. *Antiph.*




Ca-